

Sigismundus Primus Rex Bohemiarum
Mattheo Cardinali Gurensi —

171
Reverendissime etc
Accipimus Literas vestre Andree Domina-
-tionis, quibus nobis bonam valetudinem
Caesareo Celitudine, et rerum illius statum
Declaravit, quae nobis multo gratissimae ful-
-sunt. Equidem pro conjunctione et observan-
-tia, a nostra erga Eius Mdem, magnopere
optamus, ut illi semper quam felicissime, in
omnibus succedat, neque id futurum ambi-
-gimus, perspecta ejus Mdis, summa in re-
-bus gerendis Dextertate et prudentia.

Ceterum credimus vestram Ill-
-lustrissimam Dominationem, in memoria habere,
quemadmodum nobis Eius Caesareo Mdas in
illo Conventu nostro, mutuo polliceri Digna-
-ta est, se commissuram Praefectus Camerae
Judicij sui Imperialis, et Civitates nostras
Bressiae, Gdanens, et Elbingens, nullis evoca-
-tionibus et sententiis Judicialibus impedirent
Nunc vero ab iisdem Civitatibus facti sumus,

certiores lata

sumus certiores, latam esse contra eos senten-
tiam Banni, quam, licet, ante Conventum
predictum nostrum, constat ex Data literarum
emanasse; tamen quod longè post commissa
est, executio Eiusdem Illi Domino Joachimo
Marchioni Brandeburgensi, capimus, ex hac
re non mediocrem admirationem, nec ullo
modo credere possumus, id factum esse de
scientia et voluntate Eiusdem Cesares Indis
Rogamus igitur Vestram Illustrissimam Domi-
nationem, efficere velit apud Illius Indem
ut mandet Predictas Civitates nostras, ab eo
Banno relaxari, ac eas Deinceps talibus Ci-
vitationibus et Decretis non impediri, quod
ejus Cesaream Indem, pro sua erga nos bene-
volentia, et mutua inter nos de hac re con-
stitutione, facturam non dubitamus. Cujus
nos vestra Augusta Dominatio frequenter com-
mendat. Ipse etiam amet nos, uti capit, et
felicissime valeat - Dato -

